[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 225

Quelle:
Copyright:

4. Quarta incip.: *In apostolice sollicitudinis specula.* Explic.: *Vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Avinioni Kal. (!) pont. nri. Anno sexto.*

5. Joannis Andreae novellae. Liber I et II. Incip.: *Hieronymus hortatur in prologo libri regum.* Explic.: *Ipse Dei filius devotis participare dignetur. Amen.* f. 1—307

M. *Kropf.* Bibl. Mellic p. 40. — Fol. 1 usque ad finem.

6

154. [C. 32.]

Codex membr. saec. XIII. Fol. 1—213 coaevi manu signat.; tria folia non signata sunt. In assere antico et in primis duobus foliis varii indices. Duo folia (in principio) non signata continent fragmenta orationum saec. XII, XIII, XIV partim cum neumis. In assere antico legimus notitiam: »Est de novo ligatus anno domini 1471 circa festum Penthecostes«. Ille codex binis lineis unaque manu scriptus et pictis initialibus illustratus est. In Folio regali.

1. f. 1—127. S. Gregorii Magni homiliae quadraginta in evangelia. Praefatio ad Secundinum incip.: *Reverendissimo et sanctissimo fratri secundino, coepiscopo inter sacra missarum sollempnia.* Explic.: *Que emendate sunt certiores fiant.* Sequuntur capitula. f. 1—1ᵇ. Dein rubro: »*Expliciunt capitula. Incipit expositio beati Gregorii pape super quadraginta omelias ex evangelicis totidem lectionibus, ab eodem luculenter digestis. Dominica IIᵃ (!) adventus domini. Lectio sancti evangelii secundum Lucam.*« Sequitur textus evangelii deinde rubr.: *Omelia prima beate Gregorii pape habita ad populum in basilica beati Petri apostoli.* Sequuntur homeliae. Incip. prima: *Dominus ac redemptor noster.* Explic. ultima: *In vestris auribus loquitur, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.* Gregorii servus servorum dei

2. f. 127. S. Gregorii Magni dicta de iis, quae abusive fiunt in hoc saeculo. Incip.: *Sanctus Gregorius dixit: hec sunt, que in hoc seculo abusive fiunt.* Explic.: *Ubi pauca sperant bona.*

3. f. 127—129ᵇ. Homilia incerti auctoris in illud Lucae: »Homo quidam nobilis.« Incip.: *Omnis sancti evangelii, fratres carissimi, textus.* Explic.: *Largiente domino succincte decursimus.*

4. f. 129ᵇ—133ᵇ. Alia homilia incerti auctoris in illud Mathaei: »Liber generationis. Incip.: *Querendum est, quare sic exorsus est.* Explic.: *Suscipere Christum in carne natum. Qui vivit et regnat etc.*

Hae homiliae non videntur esse Gregorii, forte s. venerabilis Bedae, cujus sunt sequentes.

5. f. 133ᵇ—136. Bedae venerabilis homilia in feriam secundam post dominicam palmarum in illud Joannis: »Proximum erat pascha Ju-